ciones publicè ad populum Pilnicavienſem Germanicè habitas, & ex Germanicâ verſione in latinam filo quidam vili contextas, ut prelo cõmitterem, meisq́; ſumtibus in publicum proveherem, petijſſet: precibus ipſius reliqui locum, licet antea præclarorum virorum ſcripta in publico lucere non ignorarem. Erat enim petitio non ſolum pia & honeſta; verùm etiam Eccleſiæ CHRISTI ubiq; locorum diſperſæ opuſculum utile & conducibile. Erat religioni ſinceræ (quantũ mihi ex aliorum relatu conſtabat) conſentaneum: erat deniq;, ut non pauci inter doctos teſtantur, typorum commendatione dignum, imò digniſſimum. Cogitanti autem mihi ſæpe-numero, quoſnam huic opuſculo, ab autore mihi tradito, meisq́; expenſis in publicum producto, patronos quærerem, inter alios mihi Ampl: prudentiaque veſtra in mentem venit, ut non levitate ego aliquâ impulſus, ſed humanitate veſtrâ ſin-

gulari